Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Augustus 1563

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

Maximilianus &c.

123 Mittimus ad te lras Martino Zengothardo inscriptas, quas, ut ei, qua nosti, ratione, tuto transferendas cures, Clementer cupimus tibi solita benignitate nostra ualdè propensi. Datæ Viennæ Austriæ, 2 die Augusti, Anno ꝯ MDLXIII°.

Ad Zay Ferentz.
Vt lras insertas Zengothardo mittat.

Maximilianus &c.

124 Ex inserto his lrarum exemplo accipies, qd hoc tempore Leonardi de Pramberg Medici, ob cædem isthic commissam, complæres antè annos, Veneta Vrbe proscripti, ab Illmo Venetiarum Duce et Domino cupiamus. Eo in negotio si quid tuo sermone opera Viro illi opitulari potes, id ut nro noie diligenter et amanter impendas, clementer te cohortamur. Eo et studium erga nos tuum, et nra erga te benignitas augebitur. Datæ Viennæ 4 die Augusti Anno ꝯ MDLXIII°.

Ad Franciscum de Turre.
Vt Leonardum de Pramberg suo studio iuuet.

Maximilianus &c.

125 Commendatur nobis eximiorum aliquot hominum prædicatione Leonardi de Prampergo, Medicine Doctoris ciuis Vri integritas et industria quem eo nomine nra benignitate, iuuandum libenter complectimur. Is ut ex ipso accepimus ante annos decem et septem cuidam Vræ ditionis Incolæ se

uarijs iniurijs iniquissimè Lacescenti Iuuenili et
iusto calore motus, defendendi honor[illegible],
uulnus inflixerat, ex quo hic paulo post interijt:
Itaq; ille Vris legibus in exilium tum missus fuit,
in quo hucusq; uitam summo sane rerum suarum
dispendio traduxit. Eiusmodi autem facinoris,
cuius tam longum p̄sertim et grauem hucusq;
poenam luisset, condonationem, et in patriam
reditum, nro potissimum apud V. Dil.nem inter-
cedente fauore, ab ipsa et Illmi isto Dominio tan-
dem consequi se posse confidenter plane sperat.
Nos igitur peramanter et beneuolè cumprimis
petimus cum à V. D.ne, tum ab Illmi isto do-
minio, huic scilicet nrae Comendationi tantum
tribui, Vt nos, habita simul eius quoq; ratione,
quod sceleris illius tanta non sit atrocitas, qua
is Leonardus eiusmodi poenae diuturnitate
non plenè exoluerit: et p̄terea cum occisi
agnatis et coniunctis in gratiam, iampridem
redierit, spe illum in nos sua, Vraq; solita benigni-
tate non ita penitus frustratum uelitis, quin illi
condonato tandem delicto, in patria, ubi res suas
miserè domi perditas curare, et in melius re-
digere possit, Iterum comorandi Veniam clementer
permittatis. Erit id et Vrae Dil.is Illmi
eius Dominij aequanimitatis et pietatis proprium,
et amori beneuolentiaeq; inter nos mutua adaugen-
dae perapportunum, nobisq; cum primis gratum. Quam V.
Dil.nem ualentem prosperrime oi p̄terea felicitate uten-
tem diu conseruet Deus Immortalis Dat. Viennae 4 Au-
gusti. Anno. 65.

Ad Ducem Ve-
netum Vt Leonardum
de Pramperga ab exilium missum
liberet.

Maximilianus &c.

126 Domum Vrae Deuot.is, quod et commodior sit et aplior caeteris istius Vrbis Domibus, nostro et Serenissimae Coniugis nrae hospitio sub coronationis nostrae tempus esse designatam: Itaque aliam sibi, qua interea uti possit, Domum a nobis destinari V. Deuot.ni petere ex literis eius 25 Julij datis clementer accepimus, Quoniam aut id fieri nos ipsi quoque aequum ducimus, ne sua scilicet V. Deuot.ni in nos studia et obsequia ipsi ullo sint detrimento, mandari iam curauimus, ut illae ipsae aedes, quas fidelis nr dilectus Vngaricus Secretarius Listius ~~Listius~~ Nadasda Palatinum alias incoluisse ac V. Deuot.ni non fore, incommodas nobis retulit, V. Deuot.is habitationi praeseruentur: De caetero etiam eandem benignitate nra pristina magnopere complectimur. Dat Vienna 7 die Augusti Anno MDLXIII.

~~Ad Archiepum Str~~ Ad Archiepum Strigoniense. Vt coronationis ~~Strigoniensis~~ pore ~~Vt~~ pro sua ~~domo~~ ~~alia~~ Listij domum inhabitet.

Maximilianus &c.

127 Ioannem de Robereto Tridentinam Francisci Zarae quon. Vxorem, ad liberorum nrorum ministeria susceptam, clementi animo atque benignitate iampridem tuemur.

Eius marito Dil. Vrae. Seruitijs aliquandiu addicto annuam quinq̃ generorum Coronatorum prouisionem à V. Dil.ne fuisse assignatam intelligimus, de qua tamen is pro rata quinq̃ fere mensium, morte eius proxime antecedentium, nihilunq̃ perceperit, neq̃ dicta eius relicta Vxor, quod rei tũ inscia, et absens esset, quicq̃ postea exigere potuerit. Quoniam aut de nra apud V. Dil.nem intercessione spem illa optimam coepit, eius pecuniae ab ipsa consequendae: Nos verò singulari in eandem, quae Liberos p̃sertim complures, patre iam orbos habeat, pietate moueamur: Petimus à V. Dil.ne maiorem in modum, velit uel nrae saltem huic comendationi, uel mariti eius meritis tantum tribuere, et primum ei reliquum iam dictae pensionis marito defuncto nondum numeratae exclui iubere; Deinde si quam seruitiorum et obsequij dicti mariti rationem habendam duxerit, de caetero etiam eius posteritatem beneuole comendatam sibi esse. Erit hoc et pij Liberalisq̃ V. Dil.nis animi proprium, et nobis quoq̃ ita gratum. Vt id optimae eius in nos Voluntati omnino ascriptum sedulo aliquando mutuae nrae in ipsam beneuolentiae officijs simus recompensaturi. Viennae. 9 Augusti Anno 63°.

Ad Ducem Florentiae

Comendatitia pro Joanna de Roberto Francisci Zara quond. Vxore, Vt pensione, marito defuncto debitam, exoluat.

Maximilianus etc.

128 Doctus f. n. d. Claudius Richardus Dam-
nom. Sac. Caes. Mtis Dni et parentis nri colendissi-
mi Medicus, pro suo in nos studio et observantia
singulari, multam in nobis sui rerumque suarum
iuuandi spem sibi ponendam esse duxit; nobisque
uel eo noie charus est ualde et acceptus. Eius
fratrem alterui Burgundiae Comitatu, Guilhel-
mus Dampnon. noe, ante biennium prouentus anno-
os a Dominio de Montmahut in sexennium con-
duxerat, ea conditione, ~~dat~~ dataque fide iussio-
ne, ut singulo quoque anno millenos et trecenos
Francos solueret, nimirum summam ipsos pro-
uentus longe excedentem. Contigit autem
iam, ut eius fideiussorum unus, bonorum
suorum magnam iacturam fecerit, qua re-
moti V. Dilis ~~nimirum~~ ministri fideiussorem
alium continuo expetiuerunt. Et cum di-
ctus Guilhelmus, quibusdam fideiussoribus
nominatis, ipsis tamen ~~cit~~ cumulate non
satisfecisset, nouam hij redituum elocatio-
nem instituerunt, in quo 800 Francorum
est facta impensa, ad quam recipiendam
illi oia dicti Guilhelmi bona confiscarunt.
Quae res cum in eiusdem Guilhelmi summum
dispendium uergat, ac proinde frater eius
Claudius, nra se fremque intercessione iu-

uari, humiliter oret: sane pro nra in illum benignitate beneuolè cumprimis et sedulò cupimus, ut V. Dil.tio tam nrae id pristinae in se beneuolentiae, quam boni illius viri innocentiae concedens, ipsum et benignius complectatur, et suis pterea in Burgundia officialibus et ministris mandet et intermittet, ne hij nouis illum sumptibus atq illicitis porro onerent, sed quod aequitas, pietasq suaserit, mitius suscipiant. Eo et V. Dil.nis aequanimitas iustitiaeq amor clarior multo reddetur, et nra in ipsam beneuolentia et amor plurimum augebitur. Quam V. Dil.na valere multos in annos uelit Deus immortalis. Viennae 10. Augusti. Anno ꝯ MDLXIII°.

Ad Principem Aurangiae

Ut suis in Burgundia ministris mandet, ~~quo~~ ne Guilhelmum Dampnon. nouis et illicitis sumptibus onerent, sed mitius suscipiant.

~~Ut Guilhelmum~~

Maximilianus 2.

XXXII. 129

Grata iucundaq nobis accidere quae vra Deuo. una cum lris die mensis huius tertia ad nos scriptis, de Concilij rebus porrò nobis significarunt quod et de ijs audire cupidè iam expectaremus, et Vrbs Deuotiones in obsequij erga nos testificatione adeousq constantes et ~~[illegible]~~ indefessas esse eo pclarè animaduerterimus. De Articulis

igitur à Legatis isthic exhibitis, et, quos Vrae Deuotiones super ijsdem fecerunt, annotationibus quae porrò immutabuntur uel emendabantur, quoniam ea quoque Vrae Dnes missuras se esse pollicentur, nos ab ipsis perbenignè ac libenter accipiemus, earundem assidua ista suae erga nos obseruantiae officia benigna perpetuò mente recolituri. Dat. Viennae 14 die Augusti. Anno M.D.LXIII.

Ad Pragensem et Quinq. ecclesiensem Epos.

Verum in Concilio actarum Recepisse.

Maximilianus

XXXIII. 130 Quoniam, quae porrò in Romanae Legationis institutae negotio isthic agenda supersunt, ex Sac. Caes. Mtis Dni et Genitoris nri colendissimi, qui eius rei cum S.D. Pont. Max. peragendae singulari ex causa curam in se totam clementer et paternè ita recepit, ut de nro aliquo speciali mandato nulla iam sit penitus facienda mentio, literis unis et alteris ijsdemq. seorsim scriptis abunde accipies: et praeterea ista tui erga nos animi propensio, obsequium et studium Nobis antehac diuersis quidem et compluribus, hoc uerò inprimis negotio adeousq. sint comprobata, ut nullum apud Nos planè sit dubium, quae ijsdem Caesareis litteris tibi inuinguntur, pari te prudentia, diligentiaq.

et uigilantia feliciter omnia exequuturum, expectatio-
niq; de te nrae cumulatissime esse satis factarum.
Nos certè amplius quid mandare tibi, qui omnia
per te egregiè facias, nihil debemus. Atqui cu-
res tamen nostra maximè agatur, ipsi te id
solum pro solita ea benignitate, qua te iampridè
magnopere complectimur, et fouemus, hortamur,
ut sedulo pergas, quemadmodum cœpisti, nul-
la in re deesse ad negotium tandem plenè et
ex uoto Nro expediendum, ad quod psertim
tu hactenus et felicius et liberius consultan-
dum et tractandum, ista tua industria et in-
defesso studio ac labore, quem in perquirendis
suppeditandisq; documentis, scripturis, alijsq; com-
pluribus ad rem nram ualdè conferentibus infor-
mationibus impendisti, tantum Nobis adiumenti et
psidium attuleris et pstiteris. Porrò uelimus
et illud abs te diligenter, et qua poterit Commo-
dissima et cautissima ratione, (ne ulla ta-
men de Reuer.do Nuncio ipsiusue Secretario
diffidentia nobis suscepta suboleatur) inquiri
et obseruari, An eæ literæ, quas Cardinali
Morono scripturum se esse idem Nuncius hâ
nobis ostendit, per totum integræ, tenoreq; ea-
nusq; immutato, dicto Cardinali à Secretario
porrigantur: quem Secretarium propterea
amicè quoq; et beneuolè Nro noie abs te accipi

et commendatum familiarenq; tibi haberi pro more, cupimus.

Quicquid deniq; isthic occurrerit euismodi in tractatione nobis, nulla ad Nos scribendi occasione pretermissa, abs te, continuò significari, imprimis autem, de Cardinalium istorum animo, quem erga Nos singuli eadem in tractatione gesserint etc. gratum exoptatumq; magnopere fuerit.

Ea oia si pro nra insigni tua de fide et dexteritate concepta fiducia effeceris, et ipsi tuorum in nos officiorum et plurimorum, neq; sane leuissimorum memoriam nunq; proijciemus, et res fortunaeq; tuae oes magnam apud Nos curam locumq; semper obtinebunt. Dat. Viennae XV^ta die Augusti Anno M.D.LXIII.

Ad Comitem ab Arco. de Legatione Romana.
~~Oratorem Caes.o Roma.~~

Maximilianus &c.

131 Ragusanos nri cumprimis studiosos et amantes singulari iampridem beneuolentia et amore prosequimur: atq; adeo eius Reip. commodis laetosq; perpetuo successus summopere desideramus. Quod igitur in illam a Venetis q dam moliri, ad nos scribis q publica eius tranquillitatem turbare multum possint, sane pro pri

stina nra in ipsam animi propensione, multis modis accepimus. At suppeditabit illis occasio, ut ipsi quoque una tecum speramus, rationes, quibus conversio ista utrinque percomode componantur. Nos certe cum res feret nra illos benignitate non destituemus. Te uero, cuius prognostica aliquot ante annos nobis relata clementi adhuc memoria tenemus, id quoque existimare uolumus, pro tuo in nos cultu et obseruantia, quae ad te fortunasque tuas iuuandas pertinebunt, ea nos quam commendatissima semper habituros. Viennae 20 Augusti A° 563.

~~Ad~~ Sebastiani Menze Ragusanorum Legati.

Maximilianus &c.

Tractatu de turbationibus publicae tranquillitatis Venetorum, scriptum recepisse.

132. Debebat complures ante annos Francisco de Meratis als Capele Mediolanensi Calderinus, de Calderinis pecuniae summam aliquam, quam M. D. L. mense Aprili Papae in Hungaria eidem exoluit, quod ipsius creditoris syngrapha testibus duobus fide dignis subscripta plene testatur. Eius uero pecuniae solutio mortuo principali creditore, per eius haeredes tres filios nulla penitus syngraphae habita ratione, a dicto Calderino denuo repetita est, atque etiamnum multis molestijs extorquere ab hoc ijdem filij conantur. Quae causa est, ut apud V. Dilem nostra secomendatione iuuari Calderinus supplex orauerit. Nos autem etsi V. Dilem sponte

illi tam honesta p̄sertim et æquissima in re spem esse laturam minime diffidimus, pro nr̄a tamen in eum hominem benignitate sedulo ac beneuolenter cupimus, ut V. Dil.o tam iniquos solutæ pecuniæ exactores authoritate sua ita coerceat, ne p̄ter fas illum quod solutum est repetendo diutius infestent. Eo V. Dil.o, præter quod in innocentes quosq; animi æquissimi p̄clarum indicium de se p̄bebit, Nobis etiam ita gratum faciet, ut mutuæ id nr̄æ beneuolentiæ, qua ipsam iampridem constanti complectimur, officijs perlibenter simus recompensaturi. Quam V. Dil.em à Deo immortali diu saluam et incolumem conseruari peroptamus. Viennæ 21 Augusti. Anno ꝯ M.D.LXIII.

Ad Ducem Sessæ Gubernatorem Mediolani.

Vt Galderium ita coerceat, ne amplius id q̄ solutum est repetat.

q̄ à Francisco de Meratis. Papæ q̄.

133

Maximilianus &c.

Amamus plurimum Magnificum fidelem nostrum dilectum Georgium à Mammingen ꝯ Sac. Cæs. M.tis D.ni et genitoris nr̄i clementissimi Consiliarium ac sup̄mum Prouincialem Capitaneum Austriæ supra Anesum, cum propter eius plurimas egregiasq; uirtutes, tum quod pace et bello domi forisq; à multo iam tempore Augustissimo Auo nr̄o Diuo Maximiliano Imperatori, et dictæ Cæs.æ M.ti oīa strenui militis et consiliarij prudentissimi officia et obsequia indefesso studio semper p̄stiterit. Is filium suum Heliam, quem solum adhuc domi fouet, in re militari patris aliq̄n. uestigia assequi et simul linguam etiam Schlauonicam, quæ ipsi Patri uernacula

est

est addiscere impensè cupit. Quod ipsum feliciter
effici posse confidenter sperat, si te rectore atq;
hero, uti iuro adeousq; omni arte peritusq; mi-
litari insigni, idem eius filius tua ministeria
receptus uteretur, scilicet ista ratione nobis etiam,
quibus operam suam dicare maximè studet, usui
aliquando comodius futurus; Quare abs te cle-
menter idemq; maiorem in modum petimus,
ut ej iuueni locum inter cæteros fideles nostros
dilectos ministros, apud te haud grauatè designes,
habeasq; eum in omnibus q. q. ad illius felicitatē
ornamentumq; maximè spectabunt nrō rogatu
quam commendatissimum. Quo tu officio utrumq;
et filium et patrem hoēs tui amantissimos plu-
rimum tibi deuincies, et nobis apprimè gratum
te fecisse non sine nrā in te beneuolentiæ fructu
aliqn. uberrimè senties. Datæ Viennæ 21
Augusti Anno 1630

Ad Comitem de Serin Vt
Georgiū à Maming locū int' cæteros suos nobiles designet.

Maximilianus &c.

134 Delatus est ad nos rumor à tuis quibusdam
hominibus in fideles nros dilectos ministros
quosdam et Ciues proin Viennenses, Posonium
nos comitaturos, eiusmodi aliq molienda minari,
quæ securitati illorum, quam nos nulla ratione
molestari meritò volumus, aduersa sint futura.
Ei rumori etsi nos fidem ægrè habemus, quin
cum te apud S. Cæs. Mtem et Nos tantæ autho-
ritatis fidelissimum Consiliarium esse, Vt inter

primarios plane Hungariae Proceres pro caeteris merito habearis. id potius crediderimus, si eiusmodi quid Consilij tibi aliunde suggeratur, Ei te, pro eximia tua prudentia, qua tu huiuscemodi machinationes, quibus publica tranquillitas infestatur, Vt nunquam non iniquissimae sunt, ita hoc tempore, quo publicae Nobis laetitiae honor ab omnibus statuitur maxime fore detestandas probe intelligis, totis viribus esse oppositurum et longissime aversurum: Benigne tamen ea tibi significanda his, duximus, Vt, si reuera tale quiddam inter tuos aduerteris, eos pro tua in nos fide et studio, et in Reip. communis quietem amore, acerrime coerceas, ac pro merito puniendos statuas. ne Sac. Caes. Mti. ulla in ipsos gravius animaduertendi causa praebeatur. De caetero te summa benignitate nro plurimum amplectimur. Dat. Viennae 22 Augusti Anno M.D.LXIII°.

Ad Batory. Vt ministros suos, qui contra Viennenses Cives insidias moliri student, ita coerceat, ne ulla animaduertendi causa Sac. Caes. Mti. praebeatur.

XXXIV.

135

Maximilianus etc.

De Magnatum quorundam clandestinis conspirationibus, ac susceptis eiusmodi quibusdam sinistris Consilijs, quae Institutae nrae Coronationi difficultates nonnullos iniicere possint, ex lris tuis opportune admodum accepimus: atque eam re pristinae tuae erga Nos fidei et studij constantiam egregie contestatam clementer agnoscimus, Nostram erga te benignitatem non leuiter hinc adauctam ut sentias, libenter etiam declaraturi. Quamuis

aut

aut eadem te diligentia et sedulitate porro nonilla solum, quae in priuato cum nobilium primatibus colloquio, cuius occasionem omnem te scribis inquirere, resciueris et effeceris, sed quaecunque praeterea eiusmodi isthic nouarum machinationum incident, significaturum nobis esse minime dubitemus: Hortatum tamen nihilominus hisce te clementer uolumus, ut ea ipsa primo quoque momento quo obtingent ad nos ipsos deferri, manibusque nostris inscribi illico cures, Eo et officium erga nos tuum, et nostra in te beneuolentia plurimum accumulabitur. Datae Viennae 24 Augusti Anno MDXIII.

Ad Sigismundum Torcam literarum de aliquorum fere primatorum Hunnobilium sinistrorum consilium recepisse.

Maximilianus. etc.

XXXV 136

Nouo illi principis Despotae coniugio, quod ipsum cum Cracouiensis Castellani filia inisse ex litteris tuis 28a Iunij scriptis accepimus, eodem omnia nos fausta ac felicia peramanter precamur: Eamque ipsam beneprecandi significationem, et nostram praeterea in illum beneuolentiam, munere etiam condigno aliquo ad nuptias eius misso, testaturi omnino eramus, nisi alia nobis mutandi Consilij causa subfuisset. Etenim ex eiusmodi testificationibus, ne sinistrioris alicuius suspitionis materia, quasi nos communicatis etiam caeteris consilijs aliqua cum illo secreto moliamur, Turcarum Principi hinc suppeditaretur ualde dubitamus. Quam suspitionis occasionem hoc potissimum tempore euitandam omni ratione duximus, idque non tam nostro, quam ipsius Despotae nomine, cui illam omnium maxime detrimento futuram arbitrabamur.

Te porrò in Latinum Secretarium à Despota recep-
tum, eiusq; sigilla tibi concredita esse, quod scribis
id uero audire nobis ualde alienum, neq; parum etiam
molestum fuit, nimirum quòd te, quem nobis solis
addictum existimabamus, cuiusq; propterea fidei,
quæ isthic iam nobis agenda incidissent, deman-
danda duximus: nobis inscijs, p̄terq; oēm nr̄am ex-
pectationem in alterius ministerium tam facile
ne dicamus temerè dedidisse intelligamus, eiusmodi
p̄sertim officio suscepto, cui cōmodè p̄esse uix queas,
nisi abdicata nobis opera ei te penitus astrinxeris.
Quamuis aūt, eiusmodi in muneris functione perge-
re uolentem abducturi non simus te isto tamen
pacto fideliter et pro nr̄a satisfactione inseruire
nobis posse uehementer dubitamus: Itaq; tui iā
erit arbitrij statuere, quem te hoc casu porrogen

Exordio insuper Principis Despotæ Literarum, q̄
una cum tuis nobis sunt redditæ, nomen et titu-
los eiusdem p̄figi, ut maximè id tu antiquæ cu-
iusdam eorum principum consuetudinis p̄textu
excusare apud nos contendas: id tamen à nobis,
nedum à Sac. Cæs. M^to, ferri nulla ratione posse
te scire omnino uolumus: eòq; grauius à nobis
suscipi, quod id hoc demum tempore incidat, quo
tu eiusmodi Literarum scribendarum munus apud
illum agas. Quandoquidem ignotum tibi esse nec
potuit, nec debuit, Neminem scilicet totius Chri-
stiani orbis, adeoq; totius Europæ Regum eiusmo-

di

di authoritate, erga Romanorum siue Imperatore siue Regem unq̃ fuisse usos, utendi ille facultatem sibi uendicasse. Quae ipsa dicto etiam Principi Despotae per occasionem ut quae potes modestia significes, libenter concedimus. De caetero animi erga ipsum nri propensionem beneuolè conseruabimus. Gratiam et benignitatem nostram tibi quoq̃ nihilominus clementer deferentes. Viennae 25 Augusti Anno M. D. LXIII.

~~Ad~~ Martinum Zengotarthi. Literarum de nouo Connigio Despotae, Item quod in Secretarium Ratiam susceptus sit et de noua Scriptione titulis sui recepisse, et ~~respondisse~~ super ea respondisse.

Maximilianus &c.

137. Mittimus isthuc Mag.cum ac Generosum Lodouicum Vngnad Baronem à Sunnekh Nostrum Camerarium, ac in tempus Aulae nostrae Mareschalcum, ex quo abunde intelliges, quid hoc tempore nro isthic nomine perfte curari fieriq̃ uelimus. Itaq̃ ei in omnibus illis, q̃ tibi referet fidem ut habeas, non secus ac nobis ipsis, et praeterea operam tuam una cum ipso fideliter atq̃ accuratè impendas, ut quam celerimè componatur omnino petimus. Eo non rerae solum, sed et Sac. Caes. Mtis et Dni nostri et Genitoris clementissimi uoluntati morem geres, et gratum nobis insuper magnopere facies. Datae Viennae Austriae 26 Augusti Anno M. D. LXIII.

Ad Franciscum Thay.

Vt Ludouico Vngnad in omnibus ijs q̃ referet, fidem habeat. &c.

Maximilianus etc.

138 Fideliter abs te factum est, ut quae isthic adhuc tractantur, quaeq; scire nostra maxime interest, priori tua diligentia nihil plane intermissa per lras xxv Augusti scriptas nobis significares. Quam certe diligentiam in te benigne cum primis approbamus et collaudamus, nihil abs te hoc quidem tempore amplius postulantes, quam ut eadem fide, quae isthic agi porro animaduertes, moliriue intelliges, e quibus est in resciendis inquirendisq; oe tuum studium positum nunc uolumus singula quaeq; ad nos quam ocyssime perscribas, literasq; eas singulari posta ad proprias nostras manus deferendas sedulo cures. Id quod abs te gratum nobis obtingere, nra in te clementia testatum indubie relinquemus. Viennae xxvi. Augusti Anno etc. MDLXIII°

Ad Sigismundum Tordam

Lras suarum recepisse, Utq; ea q isthic agi animaduertet, diligenter conscribat.

XXXVI.

139 Maximilianus etc.

Quoniam propensissimum animi erga nos tui studium et fidem summam cognitam iam pridem multis indicijs habemus, inter quae haud postremo loco ponimus, quod hoc etiam tempore tua presentia instituto nro Coronationis actui honori et ornamento ut esses, isthic aduenerisi Sane tua nos opera, ubi usu uenit, confidentius omnino utimur. Cum

igitur

igitur a Regni Vngariae Ordinibus ad nos missa sit oronis formula, qua isthuc nobis aduenientibus obuiam ituri excipere nos illi statuerint, eam ipsa ad te cum hisce deferendam iussimus, ut de decenti aliqua responsione maturius mediteris, qua illis nostro noie respondeas, quemadmodum tua pro industria eloquentia, et prudentia te posse, et intensissimo ad ea q dignitati nostrae conseruandae seruiunt, curanda desiderio maxime etiam uelle minime diffidimus. Eo tu officio nostra in te benignitatem et amorem quo te iampridem magnopere coplectimur maiorem in modum adauctam efficies. Viennae 29 Augusti Anno M.D.LXIII°.

Ad Epum Vratislauien.

Vt ad formam, a Regni Hungariae Ordinibus missam, in excipiendo Reg. S. Mtis respondeat.

Maximilianus 2d.

140 Tuas XXVIII° Augusti scriptas nobis esse redditas, ut ~~scires~~ scires, breuius nunc respondemus. Ad caetera enim, quorum in illis pro perpetua tua rebus in nris fide et sedulitate, mature nos admones, quoniam iam in procinctu sumus itineris, sub nostrum isthuc aduentum, responsum consulto differimus. Itaq hoc nunc quidem persuasum tibi esse de nobis uolumus, in ijs, quae ad fortunas dignitatemq tuam attinet benignitate tibi nra et fauore nos minime defuturos. Viennae 29 Augusti Anno MDLXIII°

Ad Sigismundum Tordam suarum trap recepisse.